

Quesit. III. Extendenda ne lex ad casum in ea non comprehensum, ob similitudinem, vel identitatem rationem? ibid.  
 Quesit. IV. Quando legislator decidit aliquem casum, extenditne ne decisio ad alium similem casum? 266.  
 Quesit. V. Quibus in casibus licetum sit nisi epiketia, seu epiketia? 267.  
 Quesit. VI. Requiritur ne certitudo, an factis est probabilitas, ut usus epiketia licetus sit? ibid.

#### C A P U T I V .

De equo & bono. 269.

Aequitatis regula eius in canonico hanc sit. 271.

Regula e jure civilis selecta. 273.

Sententia ex diversis Marci Tullii libris collecta. 274.

#### C A P U T V .

De dispensatione a lege. 276.

Dispensationis ratio eiusdemque partitio. ibid.

Quesit. I. Ut subtilis liber sit a lege, sat ne est ut prelatus superiorum fore dispensatur? 277.

Quesit. II. Unde colligi possit, unde res ipsa prelatum dispensare? ibid.

Quesit. III. Sola taciturna Prelati est ne sufficiens signum colligendi eundem velle dispensare? ibid.

Quesit. IV. Ut illi qui dispensare in lege divina, & humana, & respectu quorum, valeant. 279.

Quesit. I. Concessit ne Deus Romanii Pontificibus praesertim dispensandi in iis que sunt divini tuis? ibid.

Quesit. II. Quibus competit dispensatio a legibus humanis? 280.

Quesit. III. Inferior in legibus superioris dispensare non valens? ibid.

Quesit. IV. Legislator supremus valens ne cum dispensatione communione coniungat? 281.

Quesit. V. An prelatis delegata dispensatio sit ample interpretanda? ibid.

Quesit. VI. Res ipsa quorum dari legum dispensatio possit? ibid.

Quesit. VII. Potest ne legislator secum, cum admodum cum aliis dispensare? ibid.

Quesit. VIII. Utrum hicta sit dispensatio ab ipse iusta causa data? Peccanti interdum superiores, quia non dispensant. Peccanti frequentius, quia dispensant. Laxa Probabilissimae opiniones

relictiuntur. 282.

Urum dispensatio sine iusta causa concessa, invalida, & nulla sit. 284.

§. V.

Dispensationes a sacris canonibus, in quibus aliquod iuris divini, aut naturalis includitur, ut dispensationes recipiendi plures probandas, non residendi similesque omnium Theologorum, etiam miniorum, confessus nullae sunt. 288.

§. VI.

De causis que ad licitam validamque dispensationem requirantur. 290.

Quesit. I. Quid, si de causa sufficientia dubitet? 291.

Quesit. II. Valida ne est dispensatio, quando res ipsa datum causa sufficiens pro eadem, si dispensator illam ignorat, & ubinominis dispensationem imperitatur? ibid.

Quesit. III. Tenetur ne dispensator, causa legitima occurrere, dispensationem imperit illam petenti? ibid.

Quesit. IV. Utrum imposito multe pecuniae sufficiens causa sit dispensationis concedenda? 292.

§. VII.

De dispensatione subrepititia, obrepititia, & per metum extorta. ibid.

§. VIII.

Quibus de causa obtemperatio cessat? 293.

Quesit. I. Celesante causa finali, ob quam concessa dispensatio est, cessat ne dispensatio? ib.

Quesit. II. Cessat ne dispensatio ob mortem dispensatoris? 294.

Quesit. III. Potest ne dispensator suam revercare dispensationem? ibid.

Quesit. IV. Quandomanis cessat dispensatio per renuntiationem? ibid.

#### C A P U T VI .

De lege non scripta, seu de consuetudine. 295.

Quid, & quoniam sit consuetudo? ibid.

§. I.

Quinam consuetudinem invehere possint, & quo conditions ad veram consuetudinem restringuntur. 296.

Quesit. I. Quo sunt conditions ad veram consuetudinem necessariae? ibid.

Quesit. II. Quidnam tempus requiritur ad introducendam consuetudinem? 297.

Quesit. III. Quinam actus, & quo ex eundem frequentia regurgitatur ad veram consuetudinem? ibid.

#### C A P U T VII .

De triplici consuetudinis effectu: & de modis quibus consuetudo cessat. 299.

# IN LIBROS TRES.

DE NATURÆ, ET GENTIUM IURE, DEQUE POSITIVO,

DIVINO, ET HUMANO

## DISSERTATIO PROLEGOMENA. PRÆLOQUIUM.



Roviniam omni ex parte celeberrimam, sive eiudem dignitatem, amplitudinem, & commodum, sive uberrimam disputandi copiam, explicandarumque profunditatem, five tandem diligentiam studium, eruditioque conatus Cl. Virorum, qui eidem exornanda sedulam navarunt operam, species, illustrandam felicitate. Priviligium vero rem ipsam impredit, te Lector benevoli, paucis alloqui interpell. Et primum omnium ficias velim, me hoc deleguisse argumentum discipendum, non modo quod sit Theologie nobilis pars, sed alia quoque ratio magnopere sponte currenti calcaria addidit. Ex porre et, quod plurimi Italia nostra sapientie, atque barbauli, quemadmodum velutis formant, ita etiam loquendi, ratiocinandi, atque philosophandi, ne diccam spundi, regulas ab ipsi Transtalpinis, & quidem frequenter heretici Lutherani, Calvinianis, ceterisque id genus, mutuari intime erubescant. Dum eruditissimi nostri primi loris naturæ & gentium elementa degulare incipiunt, continuo crepant Grotios, Pufendorfios, Seldenos, Heineccios, Cumberlandianos, Thomasi, Wolfos, eorumque gregales. Disteria, fiscum, imposturas, quas heretici illi in Theologos, quos vocant Scholasticos, in Patres sanctos, in Pontifices summos, in Romanam Ecclesiam impotentes temeritate eructant, scilicet nostri Itali adoptant, & ut eruditissimi sumum penes vulgus caprent, eadem in tempore promunt. Usque dum Cumberlandianos, & Pufendorfii opera de I. N. & G. latine dumtaxat evulgata fuerant, vix Septentrionis confina transflire, paucorumque manus terabantur. Verum simulacrum cincunsum, & fucus Gallici lingue Barbeyardi penicillo delubrata, & veluti transformata vila sunt, tam in Italie civitibus renolare, & semidoctorum hominum ore ad fidera usque extollit excepuntur. Initus a natura amor in patriam, in nationem olim orbis dominum, & sanctissimam religionis, quam prostinetur, defendendone unus a similium librorum lectione coercere illos debet. Nec eo mea spectat oratio, ut improbare velim vel ipsorum hereticorum eruditorem, vel profectum quem quis ex eorumdem percipere lectio valeat. Illud detorlet quod plus iusto Italarum non pauci, proprie indolis, & dignitatis oblitii, veluti vilis mancipia, magnificantes Protestantium uitiorum opera, in quibus, si quid vera doctrina est, a nostris acceptum fuit. Et, quod latissimi mirari nequeo, laudibus effront Pufendorfios, Thomasi, Barbeyracos, aliquoq' similes, qui adeo iunt in Catholicos Romanos efficiant, ut tigres, non homines esse exhibeant. Pufendorfus controversias de iure naturæ & gentium ita veritate contendit, ut foliis naturalis luminis ultimis, nullo ad religiosum divinitus revelatam habito respectu, adhibere velit. Nihil Scripturarum, nihil quod intra religionis naturalis confina non includatur, immisere suo operi voluit. In qua methodo, quam turpiter aberraverit, infra ostendam. Nulla ergo adulteris Catholicos garriendi, & obgnanni occatio erat; & tamen passim videoes hominum furentur, atque ubique clamantem: Arcana Papatus; Papistis, Idololatras Romanos &c. Theologos catholicos tunicati populi loco habent. In ipsa prefatione ad opus I. N. & G. eosdem excipit his verbis. Imprimis autem, quare illos hinc excluderim Scriptores quos „inter lecta Romanæ addictos, mores sibi, atque conscientias hominum regendas sum-  
Cone. Theol. Tom. VI. A ple-

pfer, quos ipse *Grotius*, & alii magno agmine in partes vocare gaudent; eius rei ratio  
„misi apud cordatos fatis puto contabili: si licet illis hominibus suorum traditorum nullum certum fundamentum, aut hypothem substantiæ sollemne est.... Omnes magna  
„conatu magnus rugas agunt .... Cuius instituti hac est arcana ratio, ut, poliquam in-  
ter fundamenti sacra rituum Reipublice, et hominum conscientias, non ratione, sed  
„auctoritate Sacerdotum regit, ubique in promptis sit Auctorum nubes, que qualicumque  
„que lententiam stabiliter idonea sit, prout quemque perluderi iporum interpellat &c. Et  
in ipsa prefatione ad opusculum de *Officio hominis & criminis summum* Pontificem deriden-  
dum propinat, inquiens, se paucis velle suam exponere lententiam, non quidem pro au-  
toritate papali, ac si aliquo illico privilegio cautele foret, ne in errorem incideret.

II. Hæc tamen mitissima sunt, si cum iis conferantur quæ infra adductum sunt ex eodem Pufendorio, ex Thomasio, ex Heinico, aliisque. Solus hic importans diffamatio Catholicos furos, ab istorum legendis libris absterre Italos nostros debet, vel falso efficiere ne eiulmodi Scriptores ut magistri fulsiperent. Sed illud majori sustinendi iis par-  
dore debet, quod Doctores nostri & methodo magis opportuna, & doctrina solidiore quam  
prefati heretici, controverbias de iure naturæ & gentium explanaverint, ut infra ostendam. Nec propterea partium studium ita mentem meam obnubilat, ut negare, precipue  
Pufendorio, eritudinem, acumen, & disputatio rationem velim. Verum magnopere mihi arredit fandi Augustini doctrina Lib. de penit. cap. xxviii. ubi hereticos, & schi-  
maticos omnes ut filios reputat concubinarium, extra salutis arcem ab heretate, catholi-  
cae matris Ecclesie filios reservata, exclusos. Filios quippe uxoris a filiis ancillæ segregavit Deus. Verum, ne isti essent omnino steriles & vacui, aliqua & iisdem donavit. *Intelli-*  
*gendum est alia esse Dei dona filiorum illius Hierusalem quæ sursum libera est mater no-  
stra. Hæc sunt enim quoddammodo heretici heredes Dei, coheredes au-  
torum Christi. Alia vero que possunt decipere filii concubinarium, quibus Iudei carnales, &  
schismatici, vel hereticorum comparsantes. Quamvis enim scriptum sit: Eiace ancillam, &  
filium eius: neque enim heres est filius contubilis cum filio Iacob .... tamen etiam filios  
concubinarium, quando a filio suo Isaeo dirigit Abraham, nonnulli eis largitus est munera,  
ne relinquenter omnino inane, non ut generentur heredes. Quam Augustini doctrinam  
mirum in modum confirmat in hereticis nostris transalpinis video. Occurrunt quando-  
que, non inficior, in istorum operibus improbus labor, eruditio, ingenii acumen, &  
certe eiusmodi; at hæc omnia tot sunt fedes erroribus, disteritis, impoturis, ut continuo  
apparet dona esse ex iis quæ filii concubinarium largitus Deus est.*

III. Si quid ergo eruditio, si quid doctrina, si quid veritas in his deprehendis, scias  
oportet, hac omnia dona esse filiorum concubinarium. Quid heinc? Contemnda! Abfir-  
ma, laudanda, fulcienda, non quia hereticorum fructus, sed quod dona Dei sint. Si ergo  
(pergit Augustinus) filii sumus libera Hierusalem, alia dona exheredatorum, alia intelligamus hereditum. Pudeat itaque graviterque pudent sciolos Italorum nostrorum ab exheredatis  
Transalpinis filiis mutari, cum domi lue frigibus abundant. Exerant ingeniorum suorum  
vires, Italorum spiritus inservient, verumq[ue] dignitatem recordantur. Idem nam,  
as olim circumfulsis aer, idem fungis, indoles eadem, eadem foli subter, atque amen-  
tas, que, sicut dulciores pra[et] aquilonari terri edit fructus, ita nobiliora partit ingenta.  
Oto, ignavia, molitiae, torpore, luxure, ceterisque letalibus scientiarum morbis depul-  
tum Italia omnibus Europe populis præstabit.

IV. Nec est quod mireris, dum videas me transalpinos hereticos duriore interdum exci-  
pere sermonem. Utinam blandius tractare eosdem licet. Sed es eff ilorum maledicendi  
rabies, & calumniantib[us], ut nos vel repugnantes urgant, cogantque tantam coercere  
inolentiam. Cum vel ipsas res philosophicas, & historicas veriant, ut Bruckers, Thomasi-  
fus, Bodeus, Moschenus & alii, usq[ue] deinde immixcent papu[m] Romanensem,  
superitionem, idolatriam, & alia calumniarum portenta. Theologis nostris ignorantiam,  
barbarismi, ipsamque stupiditatem rufica scurrilitate exprobant dicacissimi thrafonas. Ubique  
Lutherum lumen, Catholicorum spolis onussum, & ovantem, tamquam omnium scientiarum,  
potissimum Theologiam, & ipsius iuris natura & genitum inlaurosum splendidissimum,  
depradicant. Contra nonnulli Italiz crudelit[us] vix abique laudis prefatione hereticos  
itos Scriptores nominant. Verba hodie alea est. Olim Catholicorum Theologi Lutheran-  
os pro meritis exigitabant, & interdum aliqui redundant reveritatem. Nunc Lutherani

Italorum modestia, & nimia humanitate abutentes, elato supercilio, & incredibili superbia  
tumentes; recta & oblique Catholicos detrahendi, improphanandi, illudendi anfam arripiunt.  
Nec aliunde hoc profici exigitum, quam ex invidia illa, odioque quo omnes exheredati,  
filii concubinarum, ut, Augustino teste, sunt omnes heretici, ardent, crucianque ad-  
versus legitimos heredes, filioque matris Hierusalem. Sed dirampani tandem aliquando  
ceccatis velum, redeante in paternam, unde delivere, domum, in quam apertis ulnis  
clementissima mater redintes, complexura expectat. Neque te, lector amice, fulpicio sub-  
beat, eo sermonem meum tendere, ut maledicta maledictis restundenda esse velim. Abfir-  
ma, Blande exalercent filii ancillarum, tractandi sunt. At, dum nostra modesta ratione scriben-  
di insolefecunt, & pene infantum, tum illorum sinciput emolliendum aliquantilisper est, au-  
daclaque deprendim, Salomonem auctore: *Responde filio iuxta stultitiam suam, ne fibi sa-  
pientis esse videatur. Prov. xxvi.*

## CAPUT I.

*Iuris nature finis.*

I. **Q**uoniam, inquit Marcus Tullius Lib. I. Offic. omnis que a ratione ful-  
cipitur de aliisque re in iustitia, debera

definitione profici, ut intelligatur quid sit id  
de quo disputatur; premitant necesse est iuris  
nature, quod est disputacionis nostra ar-  
gumentum, ratione. Varia sunt illius vo-  
cis iuris acceptiones, atque adeo finitio[n]es  
diversæ, ut quibus infra alio in loco dicti  
futuris. In predictis, ut terminis aliquos dis-  
putationis mee circumdat, finitionem quam  
iuris naturalis tradit Ulpianus, quævis Imperator  
inventus Lib. I. Infin. tit. 2, in medi-  
um promo. *Ius naturale est quod natura  
omnia animalia docuit: nam ius istud non hu-  
mani generis proprium est, sed omnius animalium  
que in celo, que in terra, que in  
 mari natuerunt. Acriter isti dispartant, ex-  
acta ne sit finitio istud. Negant plures,*

*quod bruta iure dirigi nequeant, cum fin-  
ratione definita. Aliunt alii rationem ge-  
nericam, in qua homines, & bruta conve-  
niunt, speciebus. Bruta plura operantur iuri  
naturali conformia, necessitate impellente;  
homines id agunt arbitrii electione. Exam-  
plum subicit Ulpianus. Liberorum educatio  
ad parentes spectat, iure nature imperante:  
quod officium & bruta peragunt Nam, ubi  
femina ex promiscua concepit, lo-  
la educatione dat operam. Quoties sola edito-  
sus fetus educare nequit, marem ibi locum  
ascicit, ut in avibus contingit. Si fetus in  
lucem edit, sibi metipisti faris sunt, tum fe-  
mella, facta ex concubini reciproco conce-  
ptione, ova in loco opportuno depositum, &  
foliis calore soveri, & partus inde excusci con-  
gruum pabulum reperi facile queant. Ea-  
dem ergo animalium, & hominum educatio,*

hoc solo discriminis, quod in illis ex insinua-  
tu, in his ex rationis electione procedit.  
Brutorum actiones a suprema ratione deter-  
minate sunt proper finem in quem bruta fe-  
runtur, nec nec eum intelligant, nec in-  
tendantur. Homo vero, quia rationis uia pul-  
let, & finem hanc intelligit, & propere eum  
debet operari.

II. Obvium occurrit exemplum aliud. Bru-  
ta appetunt propriæ vite conservacionem.  
Cibum sumunt, quo eam reip[ublica] conservent.  
Appone cani famelicō cibum. Is ita eum de-  
vorat, ut alterius adventientem canem, qui  
eiusdem cibi participes esse velit, mordeat.  
Ipse natura ducit, bruta se defendunt adversus  
eos qui illorum vita infida fluntur. Plura  
alia adducere exempla solet illius lententiaz  
patroni, & eaque fulo calamo explicat Chri-  
stianus Wolfius in opere inscripto. *Hoc sub-  
secutus Marburgenses de habet. Philosop. §. 2.  
ubi brutorum causam agit, dum idem iuris  
definitionem convenire proponat.*

III. Controversia haec de voce, fecit de re  
est. Nam, si prel[us] ius accipiat, in brutis  
non reperi, explorata res est. Ius quippe  
iubet, & vetat illis qui libertate intructi,  
ager, vel omittentes iusta valent. Hac au-  
tem facultate soli homines potiuntur. Si iu-  
ris capacia bruta essent, injuria quoque affi-  
cerentur, atque adversus hominem contendere iure possent. Abh[er]da hec sunt. Ergo  
iusti vero in tenu accepimus brutis minime  
competit. In definitione Ulpiani bruta inclu-  
ditur, quod in ildem quedam iuris simili-  
tudo eluet. Siquidem natura iustitiam plati-  
ra peragunt bruta que ipsi, & hominibus  
communia sunt, ut maris & femina coniunctio,  
prolis generatio, alimentum, educatio.  
Cognitione quadam, sed iustitiam asequeuntur  
finem; & que fini obtinendo conducunt,  
demandare execrationi solet. Umbra ergo  
quedam iuris in brutis eluet, sed in homine  
solo

sole eiusdem vera resplendet imago. Quare peroperte inquit Cicero Lib. II. de nat. dect. Soli ratione utentes iure, & legie vivunt.

IV. Verum iuris naturalis imaginem fusus infra delineabo. Satis mihi nunc sit indicare, ius naturale regulam esse affectuum humanorum. Fus istud lumen et rationis omni humano generi commune. Si obiective illud consideres, ordo est 'creaturarum cum divina aeterna' Elementia, omnium rerum fonte, & exemplari. Ordo iste immutabilis est, & perpetuus, ut fusus explicabo infra.

## CAPUT II.

## Synopsis historie iuriis naturalis.

**H**istoriam iuris nature scriperunt ex hereticis Christianis Thomae Barbeiacus, Budaeus, aliisque, seu errorum & impolituarum centonem condalarunt adversus Ecclesie Patres, & Theologos catholicos, quorum ignorantium in iuriis naturae arcans referendaris continenter exprobant leprotemporales Arifarchi. Franciscus Budaeus in brevi exercitatione historica hoc de argumento non adeo furenter ut Barbeiacus, & Thomae filius, debatcatur sive in Patres, sive in scholasticis Theologos, & ideo tamen Ecclesiastibus virtio veritatis, quod officia hominis, & Christiani non lecererint, aliique aberrandi occasio fuerint. Sed ipse cum suis Lutheranis, Calvinianisque Doctoribus turpiter erat, scituli opportuno loco explicatus sum, dum haec duae officia ita separatae, at si opposita essent, neque unum alterius ope indigeret. Hominem commentatum, & imaginarium formandum ibi sunt Lutherani, non qui reipla exiret in rerum natura.

II. Iuris nature scientia cum primo parente Adamo nata, eiusque filiorum omnium animis insita est. Allarum rerum peritiam ignorare abique culpa homines posuerunt, lecus morum Philosophiam; quin, nisi rationis limini, quo a brutis differunt, claudant oculos, calleant illam necesse est. Homo quippe natura sua sociale animal est, ut ante Pufendorfum, omneque transalpinos heterodoxos sanctus Thomas docuit Lib. I. Ethic. lect. I. cuius verba infra dabisimus: idcirco, que peragere officia in se, in Deum, in locos debet, ipsa ratione ducere cognosciri. Vitiorum, ieslerum tenebrae obnubilare hanc scientiam, fecerunt extinguere valent. Quod quam verum habeat, Ethnicorum operationes facient, in quibus, quid abique gratia natura valeat, compertum habemus, in-

quit S. Augustinus. Quare ab ludita vero Franciscus Budaeus Lutheranus inquit, §. 7. Hist. I. N. in Gentilium operibus, 'in ipso quoque naturae iure nihil fons, nihil integrum fuit, carnis corruptio, depravatio, tenebrisque plenum cimmerius involuta'. Pluribus utique fondent erroribus illorum scripta: at enim tantum luculentissimi morum doctrinis. Quid, si hoc referemus, quia Socrates, qui primus e celo ad formandas hominum mores devocatus, Philosopherum, quia Plato, quia Aristoteles, quia Panetus, innumerique alii doceunt. Nonne omnis sapientum Graecorum industria ergo conatus flos conseruavit, ut iurius naturae leui morum Philosophiam illustraret? Quid de Romanorum Philosophis dicam? Paucis cursum iudicabat corundem facta, quibus universum humanum genus ad altiorum iuriis naturae comparandam notitiam existabant.

Hoc opus, hoc studium, parvi propereamus, & ampli.

Si parvis volumis, si nobis vivere cari: inquit Horatius Lib. I. epist. III. Luculentius Seneca Lib. III. de benef. cap. XVIII. Nulla praetula virtus est, omnibus patet, omnes admittunt, omnes invitati, ingenuos, libertinos, servos, Reges, & caedes. non eligit dominum, nec censum, nudo bonae contenta est.

III. Venimus, non longus abeam, paucis Stoi-  
comiis de iure naturae doctrinam admunabo. Canticum Numeri rerum omnium effectus, pro-  
vitiorum sapientissimum, non modo universum, sed singulos homines regit, dirigitque. Rebus humanis praeferat adest, suspectas fert, etiam ad vitae commoda assequenda, nedum ad virtutes comparandas. Colendum ergo Deus ille est super omnia, invocandus, & in omnibus celebrandus, cogitandusque. Eudem in omnibus obtequendus, ab eodem omnia prompto animo amplectendus, enique voluntati, omni tergiversatione labilis, adherendus. Subsilem, fave altum, fave infimum, quod enique designavit, tranquillo te-  
nendum animo, latitudo custodienda: mors ipsa oppedit potius quam illius violentiarum sanctiones. Si homines singuli iuncti eiderint sunt, mutuo quoque amore beneficis omnes complectantur necesse est. Illius meminerit homo, non sibi soli, sed in communem bonum genitum esse: hoc bonum spectandum, mutua foventia societas, ab iniuria abfendendum, omnibus beneficendum, nos mercedis ipsi, sed honestatis amore. Curia, studia, industria, huc spectare debent, ut pacem, tranquillitatem, & benevolentiam promoveant, ut animos indolubilis federe contingant. Honestatis cultus, animal integritas, aquitatis

ts

## DISSERTATIO PROLEGOMENA.

5

tis iustitiae officia nulla vita, nedum rerum omnium, iuctura defenda. Haec sunt Stoicorum feita, hec effata in morum disciplina. Quod ipsi haec omnia superbia, ambitione, fastu quoque inquinaverint, non impediat quo minus iurius naturae cognitione imbuti fuerint. Opus Marci Tullii de hominum officiis splendidum monumentum moralis est Philosophiae Ethnicorum. Ioannes Barbeiacus in prafatione ad opus I. N. & G. Pufendorfi, a §. 12, utique ad finem, moraliter scientiam recentet Chaldeorum, Egyptianorum, Periarum, Indorum, Sinensium, Graecorum, Romanorumque. Falta veris de more permittet. At non est opera pretium illa ad critici exigere.

IV. Hebreorum nation, ex omnibus a sapientissimo Numine electa, prae cunctis gentibus iuriis naturae leges & mandata cognovit: quotiam praeferat illud rationis lumen, super omnium hominum volitus signatum, splendidissime divine revelations luce perfusa, gens illa fuit. Hominum sceleris multum obnubilaverant morum lapientiam: idcirco clementissimus Deus, quemadmodum elata prima mundi aetate, antiquata naturalia scieta, Nos utsi industria, infaustaurit; ita in secunda aetate, Moysis ministerio, iuriis naturalis fundamenta & capita prima, decem mandatis comprehensa, in tabulis lapideis imprimi iofit, & in eorum cordibus veluti renovavit. Prophetæ, & Rex Salomon fuisse & luculentius cunctis universi mundi sapientibus omnia iuriis naturae praeparata exponerunt, scriptis confignavere. Ab hoc divino Hebreico sapientia volume aliquaque nationes, non excepta Graeca, plura didicisse cordata cuique evidens est. Deficientibus Prophetis, Doctores posteriores legi spiritum circumvenire, atque temerare exteriorum rituum severam exaggerare observari, legis cortici, seu litterali sensu plus iusto inhaerere coeperunt. A Sacerdotibus, a Phariseis, a Scribis populi calamitas initium duxit, & populi a Doctribus decepti celebra in dies graffantia funefam reprobationem, ultimumque excidium induxerunt: quia tremenda formidandaque viscissitudine timorem atque terrorum incitare omnibus debet. Si quidem illius sanctissimæ legis Doctores eo cœcitatibus pervenerint, ut prima iuriis nature elementa futiles subtilitatem circuitione de medio auferre tentarent. Que excoigitavere, ut iuramenta, que cum divinis, tum humanae societas vincula sunt, implicant, tollerentur de medio, narrat nobis ipse Christus Servator noster Matth. xxix. Quicumque

Conc. Theol. Tom. VI.

A

3

ut

que (inquebant Pharisei) iuraverit per templum, nihil est; qui autem iuraverit in auro templo, debet. Quibus exprobavit Christus: Stulti, & ceci. Qui enim manus est: aurum, an templum, quod sacrificat aurum? Iterum, cavillabantur Pharisei. Et quicunque iuraverit in altari, nihil est; quicunque autem iuraverit in dono, quod est super illud, debet. In quos Redemptor noster divinum sic investit: Ceci, quid enim maius est: domum, an altare, quod sacrificat donum? Ve vobis Scribi, & Pharisei hypocrites: qui decimatis mentham, & anethum, & cynamum, & reliquiasque graviores, sunt legi, iudicium, & misericordiam, & fidem. Quid quod ipsi altius a natura iustum mandatum honordarent, Theologi Iudeorum corrumpere non sunt veriti? Propugnabant quippe confidere votum offerendi Deo munera illa quibus patris, & matris egelatibus obvientem erat; peccareque filios, si facto voto patri indigenti luccerentur. Matth. xv. Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri, in mari. Murus quadrangulus est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum facies mandatum Dei proper traditionem vestram. Posteriorum temporum Synagoge Doctores, antecedentium Phariseorum, Scribarum, Sadducorum vanis opinacionibus, altius allargante populi propterea iniquitate, peiora commenta, & supertitiosiora figura superfruixerunt, ut ex Rabbinorum libris, & impio Talmudico volumine, stultitiam plementino, aperte confitit.

V. Effusis super univerlam terra faciem errorum tenebras splendidissima IESU Christi lux dispuicit, & iurius natura iacentem, obscurantamque notitiam ad prælinum revocavit splendorem. Cum enim primus naturalis iurius fons sit ipsa divina natura, folus Deus et caligine in lucem illius iuriis exactam renovare cognitionem poterat. Altissima illa doctrina, & califlma vita sanctimoniorum, quam in mundum divinitus inventurus adventit, cum naturali morum honestate, & iustitia non prægnat modo, verum etiam mirum in modum eam muniri, roboret, atque confirmat. Quid quod ipse Christus, eisque Apololi ad iure recte rationis tribunal repugnantes incredulos provocabant? Quid quod unum ex potissimum creditibilitatis mysteriorum fidei christiana argumentis est mirabilis eiusdem doctrina cum naturali iure congruentia, atque confessio? Post Christi, & Apostolorum in caelos abiit, Christianorum Doctores tanta diligentia iuriis nature studium illustrarunt,

ut Tertullianus animam naturaliter christianam afferuerit. Tam proxime quippe accedit Theologia naturalis divina, & Philosophia moralis Philosophia christiana, ut anima, que est lumine naturali, pulsa celerum caligine, circumfusa, naturaliter sit christiana. VI. Origenes, studio propagande christiana religionis succensus, ethimice Philosophie liberos omnes revolvebat, & ut Gentiles propriis iplorum armis conficeret, & ne in litterario certamine cum iisdem aliquid fibi novi, & incolentis occurseret, cui explodendo minus reperiret idoneum. Hoc idem studium commendabat discipulis, ut testatur S. Gregorius Neocatolicus in orat. paucis, ad Orig. gen. Tom. III. Biblioth. PP. edit. Lugd. pag. 333. Nobis ergo ne idipsum quod impetrata multitudini eueriset, ad unicum nos philosophicarum opinioneum genus non admovere, nec in eo confondere sinebas, sed per omnia dubebas, nullus nos Greaciani dogmatis rudes, qui ignoravere possentis. Ipse autem simul incedens prebeat, manique dicens, tamquam in via .... Ita quidquid apud singulos Philosophos utile, ac verum erat, diligens, nobilique apponens; que vero fuisse, secerens, tum alia, tum maxime que hominum proprium sunt de pietatem: & horum quae sunt de singularitate, quae sunt de cognitione, & executione digna, explicari discipulos suos curabat; at, ne cum veritate errores spontearent, ad divinos Prophetas confundentes remittebat. Hanc methodum improbant novi aquilonares magistri, Patribus de supercilioso exprobantes, quod doctrinam a Deo revealatam cum rationibus a naturae iure arcessit, confundunt: quam turpisissimum hallucinationem infra profligabo.

## C A P U T III.

Sancti Patres in exponentibus iuris nature mandatis ab Ioannis Barbevaci, Christiani Thomasi, aliorumque aquiloniarum hereticorum imposturis afferuntur.

I. Mirabar olim Lutheranorum, Calvinistarum, aliorumque hereticorum inianiam in contemnenda. sanctorum Ecclesiarum Patrium doctrina. At, cum serio mecum consilium istud reputarem, mirari desisti, co-

runque vafram agendi rationem tantum non laudavi. Viderunt homines non unqueaque obsecrati propria iplorum dogmata uno ore ab antiquis omniumque seculorum Patribus damnari. Alterutrum a semetipsi pratinandum, omni ad effigium ocellula via, prepeccabant: aut errores a Patribus confutatos damnandos; aut Patres damnantes errores reci- ciendos. Non primum: ergo alterum. Quid? Patres laudent virginitatem, temperie uitam profecti sunt eucallati omnes. An doctrinam hanc a Patribus, & a tot coniunctive etatis protestationis Monachorum cultum, sulpicere Lutherani possunt, cum venerantur excruciatum Monachum suum Marium, tamquam lu- fecta Patriarcham, qui vel seneclui proximus constitupravit virginem fanthomionalem, camque fibi defonpavisti? Docent Patres omnes, Scriptura ipsa sancta clamans, servanda vota Deo facta. Lutheranorum vero Patriarcha Lutherus vota solemissi rite Deo obligata in conspicua totius orbis terrarum infre- git, seddavit, excusit. Improbant Patres u- laram quilibet; & Doctores aquilonares uirum propagant: quoniam concupiscentia carnis, & cupiditas divitiarum reciproco semper fecdere iuncta fuere. Percurrere cetera Protestantum, & Reformatorum dogmata falsa, & singula improbadu a Patribus compreseris. Quid itaque mirandum, si Lutherani, & Calvinianii sanctorum Patrum doctrinam execrarent, illosque ignorantis, & errorum acculent? Neque femele admissio quod propriam tueri festant velint, reprehendendi; quin potius laudandi, quod nostram cauillam agant. Dum enim Patres reciuent, a nobisflare filios, Romanamque doctrinam a Christo Iesu perenni traditione ad nos perveniente replete conseruent. Equis unquam iudices propria cauilla eos sponte admisit quis contraria fibi sentientiam laturos fore cognovit? Repudiatis itaque omnium praecedentium seculorum iudicibus, fateantur Protestantes nostri necessario est, Patriarcham Lutherum suo matrimonio cum fanthomionalem initio generale do- trinam illam, seu errorum fobolem, quam ve- lut ex affe-heredes suscepserunt mulier homines.

II. Quo in senfu, quibunque definitis terminis Patrum auctoritas a nobis Catholicis admittatur, declaravit Melchior Cano Lib. VII. de locis theolog. tanta perficiuitate, moderatione, & evidenti, ut nemo diffidente rationis compos queat. Nos provinciam hanc exornabimus Tom. I. Apparatus ad Theolog. Christian. In praelatione unum, & alterum Patrem ab imposturis Barbevaci, Thomasi, aliorumque vindicabimus.

III. Ioannes Barbevaci in sua prefatione ad versionem operis Samulii Pufendorfi de L. N. & G. et Latino in Gallicum idioma §. 9. gravioribus Ecclesiis Patribus iuri naturalis ignorantiam audacissime improprietatem, Auguistinum, quem primo loco defendendum iulicipo, trium acutat errorum cum iure na- turae pugnantum. I. Ait. S. Doctorem afferere, uxorem alteri mulieri edere ius quod in proprium maritum habet, posse; & contra maritum viro alteri renuntiare ius in proprie- maritum corporis. II. Fideles omnia bona iure possidere, lecus infideles. III. Ultimatam benefi- reticorum punitionem. P. Cellier Benedictinus apologeticus Parisiis editus anno 1718. pro SS. PP. morali Theologia adversus prefatum Barbevacum. Is, ut defendetur quo in la- tina prefatione docuit, contra P. Collier editus Tractatum moralis Theologie Ecclesiæ Patrum, ubi germanas interpretationes P. Cellier cavillari, & explorede fudet. Ego, ne actum agam, & ut prolixitate devitem, ea omnia pretereo qua primus inter utriusque disputat fuit; & texum S. Augustini, quem in hoc ultimo citato tractatu Barbevaci opponit, explicandum iulicipo. Opinio- nem, qua dicebatur licetum esse adulterium, contentiente marito, proscripta Ecclesia Ro- mana sub Pontifice INNOCENTIO XI. in hac proposito, que et 50. Copula cum coniugia- ta contentiente marito non est adulterium; ad- eque sufficit in confessione dicere, se est fornicatum. Laxi Calvini illius propositionis Autores a macula adulterii, leges a formacionis malitia, purgant concubinatum illum, quem ab omni culpa immunem allere Au- gustinum contendit Barbevaci.

IV. Textus Auguistini, quem supellicefus Patrum censor oppone, excerptus est ex fer. Domini in monte cap. xvi. & in utraque lin- gua Latina, & Gallica, illum ab oculis referit, quasi qui ingulum cauilla pateret. Ut tamen lector facilius faciat, textum truncatum in partes producit. Integrum ego, & non reculam in partes producam, ut uno occu- lorum ita germanum Auguistini mente de- prehendere lector valeat.

V. Rursum queritur, utrum, si uxoris permitti, five steriles, que concubitum pa- ti non vult, adhibentibz fibi alteram vir- non alienam, neque a viro feiuntam, pos- sit esse fine crimine fornicationis? Et in historia veteris testamenti reperit exem- plum; sed nunc praecipta maiora sunt, in que per illum gradum generatio humana parvenit: tractanda illa sunt ad distinguendis estates dispensationis divine providen-

tie, que humano generi ordinatissime su- venit, non autem ad vivendi regulas ul- punda. Sed tamen utrum, quod ait Apo- stolus: Mulier non habet potestatem sui cor- poris, sed vir: similiter & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier: possit in tantum valere, ut permittente uxore, qua maritales corporis potestarem habet, possit vir cum altera, que non aliena uxor fit, nec a viro disiuncta, concubere? Sed non ita est existimandum, ne hoc eisiam fe- mina, vivo permittente, facere posse vide- tur: QUOD OMNIUM SENSUS EXCLU- DIT.

Quamquam nonnullae causae possint exi- stere, ubi & uxori mariti contentio pro ipso marito suo hoc facere debet, sicut Antio- chis factum esse perhibetur ante quinqua- ginta ferme annos, Constantii temporibus. Nam Aeydinus, tum Praefectus, qui etiam Consul fuit, cum quendam libra auri debitorum sibi exigenter, neficio unde com- motus, quod plerisque in istis Potestatibus periculorum est, quibus, quod liber, licet, aut potius putatur licere, commina- tur et iuris, & vehementer adfirmans, quod, si certo die, quem constituerat, me- moratur aurum non exfolvere, occidi- retur. Itaque, cum illi teneret, immati- cultodis, ne se posset debito illo expedi- re, dies metuendas immineret, & propin- quare cepit. Et forte habebat uxorem placitum, fed nullus pecunia, qua lubi- venienti viro: cuius mulieris plachitum, cum quidam dives esset accepitus, & cog- novisset maritum eius in illo discrimine confititum, misit ad eam, pollicens pro una nocte, si ei milicer vellet, se ari li- bram daturum. Tum illa, que se feret non habere sibi corporis potestatem, sed vi- rum suum, pertulit ad eum, dicens, para- tam se esse pro marito id facere, si tamen ipse conjugalis corporis dominus, cui tota illa cauilla deberetur, tamquam de reha- pro vita sua vellet id fieri. Egit illa gra- tias, &, ut fieret, imperavit, nullo mo- do iudicans adulterinum esse concubitum, quod & libido nulla, & magna mariti ca- ritas, se iubente, & volente flagitaret. Venit mulier ad villam illius divitis, se- cit quod voluit impudicus; fed illa corpus nonnulli marito dedit, non concubire, & foler, sed vivere cupiens. Acceptum aurum; fed ille qui dedit, fraude subtraxit quod dederat, & supposuit simile ligamentum cum terra. Quod ubi mulier, tam domi fac- polita, inventit, proflivit in publicum, ea-

dem mariti caritate clamatura quod fecerat, qua facere coacta est: interpellat Profectus, fatetur omnia, quam fraudem palpa esset, ostendit. Tum vero Profectus primo se reum, quod suis minimis ad id verum esset, pronuntiat, tamquam in alium sententiam dicens, de Ayndini bonis libram filco inferendam: illam vero mulierem dominam in eam terram, ubi proantra terram accepisset, induci. Nihil hic in aliquam partem dispergo. Liceat enique estimare quod velit. Non enim de divinis autoritatis deponsta HISTORIA. Sed tamen, narrato facto non ita reipuit hoc sensus humanus, quemadmodum ante, cum sine illo exemplo res ipsa penetreret, horruim.

VI. Textum hunc non oppouere neque Dallius, neque Clericus, levissimi Augustini ceniores. Ex suis ergo laudatis magistris illum, quemadmodum cetera adversus Patres, non transcripsit Barbeyracus; sed ex nostris inferioribus subfobili Causifisi, qui enundem allegant, ut iuris naturae ignorantiam ex Augustini mente invincibiliter ostendant. Alter ex iis est P. Dominicus Viva qui in commentariis ad 2. prop. Alex. VIII. num. 2. fallo in sensu laudatum Augustini textum protrudit, ut prefatam ignorantiam probet, ubi etiam truncatum D. Thomae textum exhibet, ut suam roboret opinionem: alter vero P. Lecchi, qui in suo opere inscripto Arterverte contrapposte all' Hitoria del Probabilismo &c. hanc locum mihi obicit, ut idipsum evinceat: quam vero irrito conatus, alias ostendi in Libro cuius titulus Explicazione di quattro Paradossi &c. pag. 112.

VII. Non est ergo quod sibi plaudat Barbeyracus, quasi quidquam novi nobis opposuerit. Triumphi illi canit hoc cit. num. 6. ac si luce meridiani claris evicset S. Augustini ignorantiam. Quid? clamat censor levius. Augustinus veler non legis Molayce Patriarchas, sed Christianos aliquotum, Christianorumque exempla perhibet. Si periusus ille sufficeret, veritatem esse maritis alteri homini ius cedere quod ipsi habent in uxoris corpus, an vel momento suspensus herere potuisse? An non continuo definitest: Cum tantum minime quidem, non autem afferunt actiones pravitatem? Secus agit Augustinus. Cuicunque lectorum, quod illi placuerit, cogitandum relinquit. Ignoravit ergo actionem esse pravitatem.

VIII. Quae olim adversus Causifistos laudatos dixi, nunc adversus Barbeyracum repeto, hoc solo discrimine, quod illis animo bono,

demissoque, erroneo in sensu interpretatos Augustinum dixerim; is contra superbe, & arroganter aque ac imperite sancto Doctori imponit, atque insultat. Ut Barbeyraci ignorantiam, & malam fidem simul evincat, primum exponam ipsum Augustini, quem ille opponit, textum, qui adulterio, consiente viro, favore videtur, post alia Augustini loca transcribam.

